



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LVIII. De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



uerstatem rerū, quia sunt communia: hoc enim est dialecticam uentem esse unam demonstratiuam multiplicem. Diuersitas namque uel identitas principiorum suorum infert earum diuersitatem.

inquisitiua de omnibus: scientiæ autem demonstratiuæ, quæ sunt iudicatiuæ, sunt diuersæ de diuersis. Distinguuntur autem synesis & gnomin secundum diuersas regulas, quibus iudicatur. Nam synesis est iudicatiua de agentis secundum communem legem; gnomin autem secundum ipsam rationem naturalem in his, in quibus deficit lex communis, sicut plenus infra patebit \*

2.2. q. 51. artic. 4.

AD QVARTVM dicendum, quod memoria, intelligentia, & prouidentia, similiter etiam cautio & docilitas, & alia huiusmodi non sunt uirtutes diuersæ a prudentia; sed quodammodo comparantur ad ipsam, sicut partes integrales, in quantum omnia ista requiruntur ad perfectionem prudentiæ: sunt etiã & quædam partes subiectiuæ, seu species prudentiæ, sicut economica regnatiua, & huiusmodi; sed prædicta tria sunt quasi partes potentiales prudentiæ: quia ordinantur sicut secundarium ad principale, & de his infra dicetur.\*

2.2. q. 51.

Super quest. quinquagesimo octauo articulum primum & secundum.

Nar. 1. & 2. tit. in q. 5. aduerte, q. quia formalis est doctrina authoris: id licet concluditur sit, q. non ois uirtus est moralis, spali ter qua situm est, an moralis sit intellectualis. decet. n. doctri na pualatim singula explicare, quis ois uirtus humana nõ mora lis sit intellectualis.

dum est per propria principia, quæ his habitis non esset opus inquisitione, sed iam res esset inueta; & ideo una sola uirtus ordinatur ad bene consiliandum, duæ autem uirtutes ad bene indicandū, quia distinctio non est in communibus principii, sed in propriis unde & in speculatiuis una est dialectica

sistit, ut infra patebit. ergo omnis uirtus est moralis. ¶ Præter. Tullius dicit in sua Rhet. \* quod uirtus est habitus in modum naturæ rationi consentaneus: sed cum omnis uirtus humana ordinatur ad bonū hominis, oportet quod sit consentanea rationi, cum bonum hominis sit secundum rationem esse, ut Dion. dicit. ergo omnis uirtus est moralis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in Ethic. \* Dicentes de moribus non dicimus, quoniam sapiens uel intelligens, sed quoniam mitis uel sobrius, sic igitur sapientia & intellectus non sunt morales; quæ tamen sunt uirtutes, sicut supra dictum est. ergo omnis uirtus est moralis.

RESPON. Dicendum, quod ad huiusmodi euidentiã considerare oportet quid sit mos. sic. n. scire poterimus quid sit moralis uirtus. Mos autem duo significat: quandoque enim significat consuetudinem, sicut dicitur Actus. Nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non poteritis salui fieri. Quandoque uerò significat inclinationem quandam naturalem, uel quasi naturalem ad aliquid agendum: unde & brutorum animalium dicuntur aliqui mores unde dicitur Mach. 11. quod leonum more irruentes in hostes prostrauerunt eos; & sic accipitur mos in Plal. 67. ubi dicitur. Qui habitare facit unius moris in domo. Et hæc quidē duæ significationes in nullo distinguuntur apud Latinos quantum ad uocē: in Græco autem distinguuntur. nã ethos, quod apud nos morem significat, quandoque habet primam longam, & scribitur per Æ Græcam literam: quandoque habet primam correptam, & scribitur per ε. Dicitur autem uirtus moralis a more, secundum quod mos significat quandam inclinationem naturalem, uel quasi naturalem ad aliquid agendum, & huic significationi moris propinqua est alia significatio, quæ significat consuetudinem: nam consuetudo quodam modo uertitur in naturam; & facit inclinationem similem naturali. Manifestum est autem quod inclinatio ad actum proprie conuenit appetitiuæ uirtuti, cuius est mouere omnes potentias ad agendum, ut ex prædictis patet. \* & ideo non omnis uirtus dicitur moralis, sed solum illa, quæ est in ui appetitiua.

AD PRIMUM dicendum, quod obiectio illa procedit de more secundum quod significat consuetudinem. AD SECUNDVM dicendum, quod omnis actus uirtutis potest ex electione agi: sed electionem rectam agit sola uirtus quæ est in appetitiua parte animæ. Dicitur est. n. supra, \* quod eligere est actus appetitiuæ partis. unde habitus electiuus, qui est electionis principium, est solum ille qui perficit uim appetitiuam, quamuis et aliorum habituum actus sub electione cadere possint.

AD TERTIUM dicendum, quod natura est principium motus, sicut dicitur in 2. Physic. \* Mouere autem ad agendum, proprium est appetitiuæ partis: & ideo assimilari naturæ in consentiendo rationi, est proprium uirtutum, quæ sunt in ui appetitiua.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis uirtus sit moralis.

Inf. q. 68. ar. 8. cor. & 3. di. 23. q. 1. ar. 1. q. 2. co.

Cap. 6. post med.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod omnis uirtus sit moralis. Virtus. n. moralis dicitur a more. i. consuetudine; sed omnium uirtutum actus consistere possunt in consuetudine. ergo omnis uirtus est moralis. ¶ Præter. Philosophus dicit in 2. Eth. \* quod uirtus moralis, est habitus electiuus in medietate rationis consistens; sed omnis uirtus uel esse habitus electiuus, quia actus cuiuslibet uirtutis possumus ex electione facere. omnis est uirtus aequaliter in medio rationis cõ-

ARTICVLVS II.

Vtrum uirtus moralis distinguatur ab intellectuali.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod uirtus moralis ab intellectuali non distinguatur. Dicit enim Augustinus in lib. de ciuit. Dei, \* quod uirtus est ars recte ui-

Super quest. quinquagesimo octauo articulum secundum.

Nartic. 2. euidentissima uerba in corpore articuli, scilicet habitus moralis habet rationem uirtutis humanæ, in quantum



cum rationi conformatus, non intelligitur de conformitate superaddita relationis, sed de conformitate essentiali. iam enim superius dictum est, quod uirtus moralis est essentialiter habitus conformis rationi, & non fit ide habitus de non uirtute uirtus per superadditam relationem ad rationem rectam, & hac expositio sufficit pro omnibus similibus, uerbis auctoris tam hic, q̄ alibi.

¶ In eodem 2. articulo, relinquatur difficultas illa in proprio loco disputanda. An possit homo contra actuale iudicium operari: factum est, p̄posito de habitibus loqui, & necessitatem habens in appetitu etiam ostendere, ut in littera fit.

¶ In eodem 2. articulo, relinquatur difficultas illa in proprio loco disputanda. An possit homo contra actuale iudicium operari: factum est, p̄posito de habitibus loqui, & necessitatem habens in appetitu etiam ostendere, ut in littera fit.

¶ In eodem 2. articulo, relinquatur difficultas illa in proprio loco disputanda. An possit homo contra actuale iudicium operari: factum est, p̄posito de habitibus loqui, & necessitatem habens in appetitu etiam ostendere, ut in littera fit.

¶ In eodem 2. articulo, relinquatur difficultas illa in proprio loco disputanda. An possit homo contra actuale iudicium operari: factum est, p̄posito de habitibus loqui, & necessitatem habens in appetitu etiam ostendere, ut in littera fit.

¶ In eodem 2. articulo, relinquatur difficultas illa in proprio loco disputanda. An possit homo contra actuale iudicium operari: factum est, p̄posito de habitibus loqui, & necessitatem habens in appetitu etiam ostendere, ut in littera fit.

¶ In eodem 2. articulo, relinquatur difficultas illa in proprio loco disputanda. An possit homo contra actuale iudicium operari: factum est, p̄posito de habitibus loqui, & necessitatem habens in appetitu etiam ostendere, ut in littera fit.

uen di: sed ars est uirtus intellectualis, ergo uirtus moralis ab intellectuali non differt.

¶ 2. Præter. Pleriq; in diffinitione uirtutum moralium ponunt scientiam, sicut quidam diffiniunt, quod perseverantia est scientia, uel habitus eorum quibus est immanendum, uel non immanendum, & sanctitas est scientia faciendi, & seruantes quæ ad Deum iusta: scientia autem est uirtus intellectualis, ergo uirtus moralis non debet distingui ab intellectuali.

¶ 3. Præter. Aug. dicit in 1. Soliloquiorum, \* quod uirtus est recta & perfecta ratio: sed hoc pertinet ad uirtutem intellectualem, ut patet in 6. Eth. ¶ ergo uirtus moralis non est distincta ab intellectuali.

¶ 4. Præter. Nihil distinguit ab eo quod in eius diffinitione ponitur: sed uirtus intellectualis ponitur in diffinitione uirtutis moralis, dicit enim Phil. in 2. Eth. q̄ uirtus moralis est habitus electiuus existens in medietate determinata ratione, prout sapiens determinabit: huiusmodi autem recta ratio determinans medium uirtutis moralis pertinet ad uirtutem intellectualem, ut dicitur in 6. Eth. \* Ergo uirtus moralis non distinguitur ab intellectuali.

SEB CONTRA est, quod dicitur in 1. Eth. \* determinatur uirtus secundum differentiam hanc. Dicimus enim, hanc has quidem intellectuales, has uero morales.

RESPON. Dicendum, q̄ omnium humanorum operum principium primum ratio est, & quæcumque alia principia humanorum operum inueniuntur, quodammodo rationi obediunt, diuersimode tamen. Nam quadam rationi obediunt omnino ad nutum absque omni contradictione, sicut corporis membra, si fuerint in sua natura consistuntia. statim enim ad imperium rationis manus, aut pes mouetur ad opus. Vnde Philof. dicit in 1. Polit.

\* quod anima regit corpus despotico principatu, id est, sicut dominus seruum, qui ius contradicendi non habet. Posuerunt igitur quidam, quod omnia principia actiua, quæ sunt in homine, hoc modo se habent ad rationem: quod quidem si uerum esset, sufficeret q̄ ratio esset perfecta ad bene agendum. vnde cum uirtus sit habitus, quo perficimur ad bene agendum, sequeretur quod in sola ratione esset, & sic nulla uirtus esset nisi intellectualis. Et hæc fuit opinio Socratis, q̄ dixit omnes uirtutes esse prudentias, ut dicitur in 6. Eth. \* unde ponebat, q̄ homo scientia in eo existente peccare non poterat: sed quicquid peccabat, peccabat propter ignorantiam. Hoc autem peccat ex suppositione falsi. pars. n. appetitiua obedit rationi non omnino ad nutum, sed cum aliqua contradictione. unde Philof. dicit in 1. Polit. \* q̄ ratio imperat appetitiuæ principatu politico, quo. i. aliquis præest liberis, qui habent ius in aliquo contradicendi: unde Aug. dicit super psal. q̄ interdum præcedit intellectus, & sequitur tardus, aut nullus affectus, intantum q̄ quædam passionibus, uel habitibus appetitiuæ partis hoc agitur, ut usus rationis in particulari impediatur: & secundum hoc aliquo modo uertum est, quod Socrates dixit, \* quod scientia

presente non peccatur, si tamen hæc extendatur usque ad usum rationis in particulari eligibili. Sic igitur ad hoc quod homo bene agat, requiritur quod non solum ratio sit bene disposita per habitum uirtutis intellectualis, sed etiam quod uis appetitiua sit bene disposita per habitum uirtutis moralis. Sicut igitur appetitus distinguitur a ratione, ita uirtus moralis distinguitur ab intellectuali. unde sicut appetitus est principium humani actus secundum hoc, q̄ participat aliquo modo rationem, ita habitus moralis habet rationem uirtutis humanæ, in quantum ratio ni conformatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. communiter accipit artem pro qualibet recta ratione, & sic sub arte includitur etiam prudentia, quæ ita est recta ratio agibilium, sicut ars est recta ratio factibilium, & secundum hoc quod dicit, quod uirtus est ars recte uiuendi, essentialiter conuenit prudentiæ, participatiue autem alijs uirtutibus, prout secundum prudentiam dirigitur.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ tales diffinitiones a quibuscunque inueniantur data, processerunt ex opinione Socratica, & sunt exponendæ eo modo quo de arte prædicta est. & similiter dicendum est ad Tertium.

AD III. dicendum, q̄ recta ratio quæ est secundum prudentiam, ponitur in diffinitione uirtutis moralis, non tanquam pars essentialis eius, sed sicut quiddam participatum in omnibus uirtutibus moralibus, in quantum prudentia dirigit omnes uirtutes morales.

ARTICVLVS III.

¶ Super quas quinque gestiones artis culum tertium.

¶ Vtrum sufficienter uirtus diuidatur per moralem & intellectualem.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod uirtus humana non sufficienter diuidatur per uirtutem moralem & intellectualem. Prudentia enim uidetur esse aliquid medium inter uirtutem moralem & intellectualem: connumeratur enim in uirtutibus intellectualibus in 6. Ethic. \* & etiam ab omnibus communiter connumeratur quatuor uirtutes cardinales, quæ sunt morales, ut infra patebit. ¶ non ergo sufficienter diuiditur uirtus per intellectualem & moralem, sicut per immediata.

¶ 2. Præter. Continentia & perseverantia, & et patientia, non computantur inter uirtutes intellectuales, nec et sunt uirtutes morales, quia non tenent medium in passionibus, sed abundant in eis passionibus non. ergo sufficienter diuiditur uirtus per intellectuales & morales.

¶ 3. Præter. Fides, spes, & charitas, quædam uirtutes sunt, non tamen sunt uirtutes intellectuales. hæc enim solum sunt quinque. scilicet scientia, & sapientia, intellectus, prudentia, & ars, ut dictum est, \* nec et sunt uirtutes morales, quia non sunt circa passiones, circa quas maxime est moralis uirtus. ergo uirtus non sufficienter diuiditur per in-

In solut. ad 1. ar. præc

In art. 3. eiusdem q. 58. in responsione ad secundum nota Thomista, ne fallaris sumens hoc, quod continentia sit subiectiue in ratione, propter illa uerba. Deficit tamen a ratione uirtutis, quia uirtus intellectualis &c. Pos sunt enim dupliciter intelligi: primo, ut prima facie uidetur, ut reddant rationem, quare continentia non est uirtus, quia non est uirtus intellectualis, quia &c. Et hic sensus licet forte a pluribus sit acceptus, fallus tamen, & contrarius huic litteræ & auctori est, ut patebit. Alio ergo modo possunt intelligi ut reddant rationem, quare continentia non est uirtus, quia in continente non datur uirtus intellectualis faciens rationem bene se habere, circa materiam continentia, quod probatur, quia in eo non est rectus appetitus finis, quem præ exigit ratio recta habitata uirtute: quasi diceret, continentia deficit a ratione uirtutis, quia siue ponat.



ponatur quod sit uirtus in appetitu, siue in ratione, exigit hoc quod in ratione continentis potatur uirtus intellectualis circa materiam continentia, non curando utrum illa uirtus intellectualis esset continentia, uel non. Et quod hoc exigatur, litera supponit tanquam communitate confessum, & inferius probandum: sed in continente non est talis uirtus intellectualis. probatur, quia in eo non est rebus appetitus finis, qui est principium intellectualis uirtutis. & sic author dicens continentiam esse in rationali parte anime comprehendente in se rationem & uoluntatem, quia appetitus est rationalis, & indistincte relinquens cuius sit, diffiniturus hoc in secunda secunda, in loco proprio duas rationes reddidit, quare continentia non est uirtus. Primam, quae nunc dicta est, excludentem ipsam a numero etiam intellectualium uirtutum ex parte superioris partis anime. Secundam autem ex parte inferioris partis, scilicet appetitus sensitui, cuius actus sunt materia continentiae, quae superius discussa est in suo uniuersali, quod scilicet habitus proprius alicuius operis non est uirtus, si non sit in consummatione potentia operis, ut contingit continentiae, quae est in appetitu rationali, & ceteris consummatur ab appetitu sensituo.

e. 1. to. 5.

re. 28. & seq. to. 2.

q. 57. ar. 4.

D. 389.

e. 1. to. 5.

intellectuales & morales.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Eth. \* duplicem esse uirtutem, hanc quidem intellectualem, illam autem moralem.

RESPON. Dicendum, quod uirtus humana est quidam habitus perficiens hominem ad bene operandum: principium autem humanorum actuum in homine non est nisi duplex, scilicet intellectus, siue ratio & appetitus: haec enim sunt duo mouentia in homine, ut dicitur in 3. de anima. Unde omnis uirtus humana oportet quod sit perfectiua alicuius istorum principiorum. Si quidem igitur sit perfectiua intellectus speculatiui, uel practici ad bonum hominis actum, erit uirtus intellectualis: si autem sit perfectiua appetitiua partis, erit uirtus moralis. unde de reliquitur quod omnis uirtus humana uel est intellectualis, uel moralis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod prudentia si essentiam suam est intellectualis uirtus: sed secundum materiam, conuenit cum uirtutibus moralibus. est enim recta ratio agibile, ut supra dictum est, & secundum hoc, uirtutibus moralibus connumeratur.

AD II. dicendum, quod continentia & perseverantia non sunt perfectiones appetitiuae uirtutis sensitivae: quod ex hoc patet, quod in continente & perseverante superabundant inordinatae passionis: quod non esset si appetitus sensitivus esset perfectus aliquo habitu conformate ipsum rationi. Est autem continentia, seu perseverantia perfectio rationalis partis, quae se tenet contra passionem ne deducatur, deficit tamen a ratione uirtutis, quia uirtus intellectualis quae facit rationem se bene habere circa moralia, praesupponit appetitum rectum finis, ut

recte se habeat circa principia, id est fines, ex quibus ratio cinatur, quod continenti, & perseveranti deest. Neque etiam potest esse perfecta operatio, quae a duabus potentijs procedit, nisi utraque potentia perficiatur per debitum habitum: sicut non sequitur perfecta actio alicuius agentis per instrumentum, si instrumentum non sit bene dispositum, quantumcunque principale agens sit perfectum. Unde si appetitus sensitivus quem mouet rationalis pars, non sit perfectus, quantumcunque rationalis pars sit perfecta, actio consequens non erit perfecta, unde nec principium actionis erit uirtus, & propter hoc continentia a delectationibus, & perseverantia a tristitijs non sunt uirtutes, sed aliquid minus uirtute, ut Philosophus dicit in 7. Ethic.\*

AD TERTIUM dicendum, quod fides, spes, & charitas sunt supra uirtutes humanas: sunt enim uirtutes hominis prout est factus particeps diuinae gratiae.

ARTICVLVS III.   
 Vtrum moralis uirtus possit esse sine intellectu.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quod uirtus moralis possit esse sine intellectu. Virtus enim moralis, ut dicitur Tullius, est habitus in modum naturae rationi consentaneus: sed natura, etsi consentiat alicui superiori rationi mouenti, non tamen oportet, quod illa ratio naturae coniungatur in eodem, sicut patet in rebus naturalibus. ratione carere debet, ergo potest esse in homine uirtus moralis in modum naturae inclinans ad consentiendum rationi, quae illius hominis ratio non sit perfecta per uirtutem intellectualem.

2. Prater. Per uirtutem intellectualem homo consequitur rationis usum perfectum: sed quandoque contingit quod aliqui in quibus non multum uiget usus rationis, sunt uirtuosi & Deo accepti. ergo uidetur, quod uirtus moralis possit esse sine uirtute intellectualem.

3. Prater. Virtus moralis facit inclinationem ad bene operandum: sed quidam habent naturalem inclinationem ad bene operandum, etiam absque rationis iudicio. ergo uirtutes morales possunt esse sine intellectualem.

SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in 22. Moral. \* quod ceterae uirtutes, nisi ea quae appetunt, prudentia agant, uirtutes esse nequaquam possunt: sed prudentia est uirtus intellectualis, ut supra dictum est. ergo uirtutes morales non possunt esse sine intellectualem.

RESPON. Dicendum, quod uirtus moralis potest quidem esse sine quibusdam intellectualem uirtutibus, si cum sine sapientia, scientia, & arte, non autem potest esse sine intellectu, & prudentia. Sine prudentia quidem esse non potest moralis uirtus, quae moralis uirtus est habitus electiuus, id est faciens bonam electionem. Ad hoc autem quod electio sit bona, duo requiruntur. Primum, ut sit debita intentio finis: & hoc fit per uirtutem moralem, quae uim appetitiuam inclinatur ad bonum conueniens rationi, quod est finis debitus. Secundum, ut homo recte accipiat ea, quae sunt ad finem: & hoc non potest esse, nisi per rationem recte consiliatam, iudicantem, & precipientem, quod pertinet ad prudentiam, & ad uirtutes sibi annexas, ut supra dictum est. Unde uirtus moralis sine prudentia esse non potest, & per consequens nec sine intellectu. per intellectum enim cognoscitur.

Super Quinquagesimo articulo

IN titulo articulo 4. & 5. eiusdem 58. quaestio, aduerte, quod duplici ratione possunt haec quaestiones moueri. Primo ratione connexionis, & sic spectant ad tractatum de connexionione uirtutum inferiorum habendum in quaestione sexagesimo quinta. Secundo, ratione inclusionis, & sic spectant ad hunc tractatum de distinctione moralis & intellectualis uirtutis. Est enim inter eas non pura connectio, sed inclusio uirtutis in alia: & propterea ad modum distinctionis earum, spectat haec discussio prius, ita ut postmodum de earum connexionione non relinquatur dubitatio locus.

In eiusdem articulo, & praecipue in ultimo, diligentissime notato, uir doctus terminos, ne contingat disputare in termino, obliuiscens hanc admirari utriusque. Scito igitur, quod prudentia nomine, quamuis unum significetur, duo intelliguntur. Cum enim significet rectam rationem agibilem, quidam intelligunt eam sic infra limites intellectus, ut eam in intellectu absolute credentes nihil aliud significare dicant, nisi rectam dictamen agibilem, ita quod prudentia nihil aliud significat nisi rationem recte monstrantem in particulari agibili quid, quomodo, qualiter &c. eligendum sit. & in horum numero est Scotus in 3. sen. dist. 3. e. & errantes in principio moralium, quantum postmodum deueniunt & abducunt sequaces, facile patet. quidam autem, immo omnes recte sentientes, ut Aristoteles diuus Thomas & sequaces prudentie nomine intelligunt rectam agibilem rationem appetitu recto particularis finis factam, & firmatam. Vbi eius sunt declaranda: primo, quod



mo. quod ita sit. secundo, quomodo sit, quod enim prudentia essentialiter pendet ab appetitu recto: probatur ex 6. Ethic. dupliciter. primo ex oppositis eius: secundo ex proprio actu. Omnis igitur habitus in ratione solum, dummodo non sit congenitus ut habitus principiorum, est obliuio, ut patet prudentia non est obliuio, ut patet ibi. ergo prudentia non est habitus in ratione solum.

Præterea, Delectatio & tristitia, & similiter malitia est corruptiva principii prudentiæ, ut patet in 6. Ethicorum, sed hæc pertinent ad appetitum, ergo prudentia pendet ex appetitu recto. Antecedens quo ad omnes partes probatur, primo, quod præcipere sit actus prudentiæ, patet ex 6. Ethic. ubi dicitur, quod prudentia est præceptiua. Secundo, quod recte præcipere, quia aliter non esset uirtus præceptiua, nisi determinaret ad recte præcipiendum. Tertio, quod proprius & præcipius ipse sit actus, quia conuenit ut ei distinguatur a suis partibus, & est consummatio ceterorum actuum. patet namque in sexto Ethicorum, quod Aristotele primo prudentiam in distincte a suis partibus ueniam, ponit ipsam esse consiliatam, & cetera, postmodum distinguens ipsam a suis partibus, & distribuens singulis sua officia, expresse dat eam recte consiliari, gnomo autem & synefi recte iudicare: prudentiæ autem recte præcipere. hi enim actus omnes sunt prudentiæ, & secundum has partes ei conueniunt. Constat quoque, quod de agendis non est consummata ratio per consilium, & iudicium: sed oportet præcipere rectum superuenire, quando oportet, & cetera, propter cuius defectum multos uideamus non operari prudenter, ut consilio iudicent, præcipere ergo recte est proprius, & præcipius prudentiæ actus. Consequenter autem probatione non eget, quia sicut præcipere non est intelligibile quin dependat ab appetitu, præcipit. n. quilibet uolens, ita recte præcipere sibi ipsi in huiusmodi moralibus, non est nisi a recto appetitu. Et hoc est absque dubio tenendum: quomodo autem hoc sit, manifestatur ex ipso actu, & principio. Cui aliquis prudenter se habet ad ea, quæ abstinente a cibo & potu sunt, non idcirco prudenter se habet, quia recte discit circa qualitates, & quantitates, & tempus sumendi cibi aut potus, & cetera, nec quia recte iudicat in ordine ad conditionem suam & cetera, sed quia recte iudicat, & iudicata sibi ipsi præcepto imponit, præcepto autem tandem dico, non quo animus imperfecte imperat sibi uelleitatem, sicut accidit tepidis in uia uirtutum, qui uellent quidem actus uirtutum, sed in ueritate non uolunt: sed quo animus perfecte sibi imperat, non quia uelle, sed quia uult, ut August. disputat in octauo Confessionum. Cum autem perfectè sibi ipsi imperat animus appetere, tantum, talem, tali hora, propter bonum rationis, & cibum, & potum, oportet quod hoc actuale imperium ab actuali appetitu boni rationis in tali materia nunc, hic & cetera, procedat. Nisi enim uellet nunc, hic, hoc bonum & cetera, non perfecte præciperet, & quoniam ex similibus actibus similes habitus generantur, & sicut actus ab actu, ita habitus ab habitu pendet: ideo ex frequentatis huiusmodi actibus generatur habitus similis scilicet recte præceptiuis in huiusmodi, & dependens ab habitu recti reddente appetitum ad finem, ad quæ prudens imperat, bonum rationis in tali materia, hic, nunc, mihi & cetera. Rursum cum multo consilio & recto iudicio desinerim tale bonum, puta temperantiam uel mansuetudinem esse uolendum, & scietandum, non propterea a mihi imponendum, nunc, hic, efficaciter uidebitur, nisi sic, secundum appetitum dispositum sim. Experiatur enim quod famelicus, aut sitibundus, aut iratus aliquid uideatur efficaciter prosequendum quam non appetenti: & non appetens impero mihi abstinendum aut mansuetudinem, appetens autem prosequendum, & hoc, quia qualis unusquisque est, talis ei uideatur finis, quo ad prosecutionem quæ consistit in præcepto, ut ex supradictis de ordine actuum uoluntatis patet. Vnde cum prudentia habituet me ad præcipiendum mihi ipsi consona recto fini moralium actuum morum, & qualis sum secundum appetitum meum, talis mihi uideatur finis, consequens est, quod finis meus in quantum apparet mihi principium meæ prudentiæ, ex qualitate mei secundum appetitum dependat: & sic prudentia non est in ratione absolute, sed in ordine ad appetitum, & essentialiter dependet ab appetitu, quo pendet præceptum eius actus, & uariatur apparentia

scuntur principia naturaliter nota in speculatiuis, quam in operatiuis, unde sicut recta ratio in speculatiuis in quantum procedit ex principii naturaliter cognitissimis, supponit intellectum principiorum, ita etiam prudentia, quæ est recta ratio agibilium.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod inclinatio nature in rebus carentibus ratione est absque electione, & ideo talis inclinatio non requirit ex necessitate

A finis eius principium. Et nota quod licet utraque uia ex parte, scilicet actus, & ex parte principii prudentiæ habeatur dependentia eius ab appetitu: quia tamen prima uia dependentiam ab appetitu intellectu, a quo pendet imperium: secunda autem dependentiam ab appetitu simpliciter siue intellectu, siue sensitiuo, ut est perfectus moraliter, ostendit: ideo tam Aristotele in 6. Ethico. quam author hic secunda uia usus est ad declarandam dependentiam prudentiæ ab appetitu, & merito: quia dependentiam a uirtutibus moralibus tractant, quæ non in solo intellectu appetitu sunt. Ego autem paululum forte digressus sum, ut subuenirem imbecillitati non penetrantium naturas horum habituum, ne fallantur loquentes de tali uirtute intellectu, in intellectu tantum sistendo.

Ad secundum dicendum, quod in uirtuoso non oportet, quod uigeat usus rationis quantum ad omnia, sed solum quantum ad ea, quæ sunt agenda secundum uirtutem: & sic usus rationis uiget in omnibus uirtuosis, unde etiam qui uidentur simplices, eo

tuum, ne fallantur loquentes de tali uirtute intellectu, in intellectu tantum sistendo.

Circa conclusiones eorundem ultimarum articulorum, quæ sunt 4. & 5. aduerte, quod inclusio uirtutis intellectualis, puta prudentiæ in morali, manifesta ualde est ex diffinitione uirtutis. Ethic. Et quæuis neminem uideatur habere contradictorem, habet tamen difficultatem: quoniam, ut dictum est ex 6. Ethic. & hic, uirtutis moralis est tendere in finem principium prudentiæ: principium autem non dependet a principio, nec prius a posteriori, uirtus igitur moralis non pendet a uirtute intellectu, quæ est prudentia. Inclusio autem uirtutis moralis in intellectu, prudentiæ, & habet Scot. loco allegato oppositum, quia prius non dependet a posteriori: prudentia autem est prior, tum quia est dictamen recti, ut dictum fuit: tum quia dicitur de fine particulari, & his quæ sunt ad finem: tum quia non est assignari actum quo generentur istæ uirtutes. I. moralis, & sua prudentia, quia nec intellectus, nec uoluntatis, & habet difficultatem propter hoc, quod medium uirtutis morali præstituitur a prudentia, ut patet ex diffinitione uirtutis moralis & experientia: medium autem est finis uirtutis moralis. uirtus ergo moralis non principiat prudentiam: sed e conuerso prudentia dat ei finem principium in moralibus.

Ad euidentiã horum essent multa dicenda, quorum quedam ad quæst. 76. artic. 3. ad tertium spectant, quedam ad quæstio. 47. 2. Vnde cum intendam in propriis locis singula discutere, pro nunc supponendo doctrinam authoris declarandam inferius. Scito quod sicut in intellectu speculatio sunt duo habitus, scilicet intellectus, & scientia: & scientia, utens propositionibus pertinentibus ad intellectum demonstrat ex euidentiã illarum propositionum, & discursu syllogistico: ita est in intellectu practico etiam in materia agibilium, si in puro intellectu statum. Ex synderesi enim, qui est habitus principiorum in intellectu practico respectu agibilium, & recta ratione, infra limites intellectus syllogizando, concluditur uerum: sed quoniam iudicium tale non nisi de uniuersalibus haberi potest, singularia enim uariabilia, & incerta sunt, iudiciumque infallibile non suscipiunt, & prudentia circa singula semper recta est ratio, alioquin uirtus non esset: ideo intellectus, practicus circa agibilia, licet habere possit sciam morale infra limites intellectus consistens, tamen nunquam habebit rectam rationem agibilium particularium hic, nunc, & cetera, quod est habere prudentiam, nisi in ordine ad appetitum, ut superius dictum fuit. Est autem ordo talis in huiusmodi agibilibus. Primo est synderesis in intellectu dictans, & præstituens uirtuti morali suum obiectum, quod est finis: propositiones enim quæ sunt principia in agibilibus ex fine, qui habet, rationem principii, in operabilibus consueunt: & sic uirtus moralis ad quam spectat tendere in finem præcognitum, ad finem præstitutum sibi a synderesi tendit actu, qui uocatur uelle vel intentio in uoluntate, & in appetitu sensitiuo appetitus per modum intentionis. Tertio loco uenit prudentia habens se ad synderesin, sicut scientia ad intellectum in speculatis: prudentia autem cum sit recta ratio, cuius est discurre, utitur duabus præmissis, quæ sunt principia conclusionis. Prima præmissa est propositio spectans ad synderesin, uerbi gratia. Bonum rationis tam in passionibus, quam operationibus est prosequendum. Secunda uero præmissa est particularissima, scilicet. Bonum rationis, nunc, hic saluatur in tali, tanta & cetera, audacia vel ira. Et tunc sequitur conclusio præceptiua non in actu signato, id est, ergo hoc est mihi non præcipiendum, eligendum, prosequendum: sed in actu exercito, id est, ergo actualiter sum in exercitio iudicii, præcepti, electionis, prosecutionis. hoc enim est quod multos decipit in hac materia, quoniam propositiones istæ tam

synde.



syndereſis, quam prudente in actu ſignato diſputantur. Et tamen oportet intueri naturam & uim earum in actu exercito. A prima autem premiſſa ad ſecundam non eſt ordo immediatus in iſtis, ſicut eſt in ſpeculatiuis: ſed a propoſitione, quæ eſt prima premiſſa, prouenit in appetitu motus eius reſtus in finem: & ſic ab appetitu, & premiſſa illa prouenit ueritas ſecunda premiſſæ, quæ eſt particulariſſima: quonia ex diſpoſitione mea ſecundum appetitum prouenit, quod mihi conſonatus ſinis in particulari, puta, tale bonum, nunc hic &c. Et de hac premiſſa intelligitur illud tertii Ethicorum. Qualis unuſquiſque eſt, talis ſinis ei uidetur, & ſequitur conſuſio conforſis minori propoſitioni, ſcilicet conſiſtens in actu intellectus ab appetitu, ſcilicet iudicium de his, quæ ſunt ad finem, puta tanta ira, nunc præcipiens illam, & deinde actus appetitus in ordine ad intellectum. ſelectio. In hoc autem ordine ſi quis inſpicit & unicuique propria tantum tribuere uelit, dicitur quia prudentia attenditur ſimiliſſimum a meo tom. 5.

Cap. vii. partum a meo tom. 5.

quod carent mundana aſtutia, poſſunt eſſe prudentes, ſecundum illud Matth. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columba.

AD TERTIUM dicendum, quod naturalis inclinatio ad bonum uirtutis eſt quedam inchoatio uirtutis, non autem eſt uirtus perfecta: huiusmodi enim inclinatio quanto eſt perfectior, tanto pot eſſe periculioſior, niſi recta ratio adiungatur, per quam fiat recta electio eorum, quæ conueniunt ad debitum finem: ſicut equus currens ſi ſit cæcus, tanto fortius impingit & leditur, quanto fortius currit: & ideo eſt uirtus moralis non ſi ratio recta, ut Socrates dicebat, non tamen ſolum eſt ſecundum rationem rectam, in quantum inclinatur ad id, quod eſt ſecundum rationem rectam, ut Platonicus poſuerunt, ſed etiam oportet quod ſit cum ratione recta, ut Ariſtoteles dicit in 6. Ethic. \*

ſinitione dum dicitur, quod eſt habitus electus, ſimplicitate dictum eſt, quod etiam intentionis ſinis eſt. Et per hæc patet reſpoſio ad omnia obieſta, duobus duntaxat exceptis, ſcilicet quomodo prudentia det medium uirtuti morali, & non finem, cum medium ſit ſinis: & quomodo ſimul generentur. Et illud quidem inferius in quæſtione. 66. dicitur, ac poſtmodum in ſecunda ſecunda, quæſtione 47. contumabatur Deo dicit, & dicitur Thome intercedente. Hæc autem Scotica quæſtio facile patet ex eo, quod actus iſti intellectus, & uoluntatis non ſolu ſimul ſunt ſed unus, & idem numero actus, eſt actus utriuſque, diuerſimode tamen præcipere enim eſt actus intellectus formaliter, appetitus autem uirtutis, & ſimiliter electio eſt actus appetitus formaliter, intellectus uero uirtutis, ut ex ſupradictis de actibus uoluntatis patet. Nullum igitur inconueniens eſt actibus uim duplicem habentibus, duas fieri ſimul uirtutes.

ARTICULVS V.

Utrum intellectualis uirtus poſſit eſſe ſine morali.

AD QUINTUM ſic proceditur. Videtur, quod uirtus intellectualis poſſit eſſe ſine uirtute morali. Perfectio enim prioris non dependet a perfectione posterioris: ſed ratio eſt prior appetitu ſenſitivo, & mouens ipſum: ergo uirtus intellectualis, quæ eſt perfectio rationis, non dependet a uirtute morali, quæ eſt perfectio appetitiuæ partis. poteſt ergo eſſe ſine ea.

Præterea. Moralia ſunt materia prudentie, ſicut factibilia ſunt materia artis: ſed ars poteſt eſſe ſine propria materia, ſicut faber ſine ferro. ergo & prudentia poteſt eſſe ſine uirtutibus moralibus, quæ tamen inter omnes intellectuales uirtutes maxime morales coniuuncta uidentur.

Super quæſtionis 58. articulum quintum.

Circa dicta in artic. 5. eiusdem quæſt. 58. ut ſubueniant magis Nouitiis, & in principis non relinquatur obſcuritas, ſciendum occurrit de particularitate, quomodo & quare appetitus talis facit iudicium tale de ſine, quod eſt declarare illam maximam tertij Ethic. Qualis unuſquiſque eſt, talis eſt ſinis iudicium. Sciendum eſt igitur, quod appetitu affectu ad aliquid, puta ad mundiciam, ex hoc ipſo quod afficitur ad illud, duo ſimul ſunt: nam in reſpoſo ſic ipſa affectio ad uindictam, & in uindicta conſuſio reſpectu conuenientie ad talem appetitum, ita quod uindicta in reſpoſo eſt & eſt conueniens tali appetitu, quæ prius non erat conueniens non propter mutationem in uindicta ſed in appetitu. Conuenientia autem uindictæ appetitu in intellectu, conſurgit quod ratio dicitur eam conuenientem ex hoc, quod ratio mouetur ab appetitu ſic affecto. Quia enim ratio mouetur ab appetitu ſic in ratione paſſiua motio: & conſequenter, quia ab appetitu ſic affecto mouetur ratio, ſit in ratione paſſiua motio conſonans illi affectio, & ſic ab appetitu affecto ſit proportionaliter ratio, ut ſubſtat appetitu tanquam affecta & conueniens uindictæ. Et ſic, quædam modum guſtus affectus amaritudine iudicat omnia amara, ita ratio infecta bene affecta iudicat ſecundum illam immunitatem, quæ ab affectu appetitu mouetur, ita quod inuis exiſtens, quod prohibet extraneum, inuenitur non ſolum in iudicare ſecundum appetitum, ſed etiam ſecundum rationem, ut ſubſtat appetitu. In cuius ſignum ratio a tali affectio aut non mota ut accidit data paſſione: aut non ſufficienter mota, ut accidit paſſione non prævalente: quæ uis ſurgente aut recte iudicat, aut a recto iudicio non omnino declinat, ut experientia teſtatur. Et quia prudentia eſt in ratione, ut ſubſtat appetitu, ut ſupra didicimus, ita appetitus affectio corrumpit aſtimationem prudentie reducenda in rationem uirtutis ſubiectum, & non corrumpit aſtimationem artis, neque Geometriæ, ut dicitur in 6. Ethic. Preſertim igitur in per intellectum, nouiter uindicta appetitu, quia rationalis potentia eſt ad utrumlibet, & determinatur a proheretici appetitus ſua ſe libertate determinat ad uindictam affectando illam, & ex hoc comitatur iudicium rationis quandoque fallum, quando eſt affectio uindictæ eſt contra rationem rectam, & iudicat ratio ab affectu infecta uindictam ut conuenientem: & ſic ſequitur conſuſio præceptiua, quod ſiat, hanc autem cauſam ex parte rationis, ut eſt ſubiectum prudentie aſtignatam, adiuuante diuina cauſa, altera ex parte obieſti, altera ex parte conueniens inclinationis uirtutis animæ, ex parte ſiquidem obieſti, quia ex ipſa appetitus immutatione conſtituitur in eſſe uero, dum uindicta eſt uere conueniens appetitu ſic affecto. conſtat nanque intellectum

cap. 9. tom. 5.

cap. 40. 5.



naturaliter inclinari  
tu uerum. Et licet ex  
hoc non fiat obiectū  
conueniens & ue-  
rum, nisi secun-  
dum quid, & propterea  
contingat errare  
intellectum iudican-  
do uindictam conue-  
nientem simpliciter,  
ideo, sine additione,  
quæ tamen non est  
conueniens nisi secū-  
dum quid, quia ap-  
petitui sic affecto tā-  
tum, nonnullum tamen  
uerum est, uerū  
secundum quid, at-  
tractiuamque partici-  
par uim intellectus ad  
se, & sic affectione  
appetitui ad uindictam,  
constituitur ipsa  
uindicta in esse ue-  
re conuenienti secū-  
dum quid, & apparē-  
ter consequenti sim-  
pliciter quoniam ap-  
petitus animalis est  
primò totius suppo-  
siti, ac per hoc conse-  
quens uerè appetitui  
offerretur, ut consequens  
simpliciter ipsi appe-  
renti &c. Ex parte  
uero communis in-  
clinationis uirium  
animæ, dum eas expe-  
riti uidemur proprias  
ad operandum con-  
uentione affectioni præ-  
dominanti. Apparet  
enim in infirmis scienti-  
bus quod præsentan-  
tur eis omnes aquæ,  
quas unquam uide-  
runt, & concupiscen-  
tibus simulacra dele-  
ctabilia etiam im-  
portuna occurrunt,  
tanquam natura indi-  
tum sit, ut obsequiū  
prædominanti affec-  
tioni, præsententur  
uices, inter quas  
constat apprehensiuam  
uim esse. In cuius  
signi trato absq;  
deliberatione presenta-  
tur illam uindicta,  
seu punitio tanq;  
conueniens. Sic ergo fit,  
ut qualis unusquisq;  
est, talis finis uideretur  
ei, ut dicitur in 3. Eth.  
\* & ideo ad rectam  
rationem agibilibus, quæ  
est prudentia, requiritur  
quod homo habeat uirtutem  
moralem.

¶ Præter Prudentia est uirtus bene consiliatiua, ut dicitur in 6. Ethic. \* sed multi bene consulantur, quibus tamen uirtutes morales desunt. ergo prudentia potest esse sine uirtute morali.

SED CONTRA. Velle malum facere opponitur directe uirtuti morali, non autem opponitur ali ei, quod sine uirtute morali esse potest: opponitur autem prudentie, quod uolens peccet, ut dicitur in 6. Ethicorum. \* non ergo prudentia potest esse sine uirtute morali.

RESPON. Dicendum, quod alia uirtutes intellectuales sine uirtute morali esse possunt; sed prudentia sine uirtute morali esse non potest. cuius ratio est: quia prudentia est recta ratio agibilium, non autem solum in uniuersali, sed et in particulari, in quibus sunt actiones: recta autem ratio præexigit principia, ex quibus ratio procedit. oportet autem rationem circa particularia procedere non solum ex principiis uniuersalibus, sed et ex principiis particularibus. Circa principia quidem uniuersalia agibilibus, homo recte se habet per naturalem intellectum principiorum, per quem homo cognoscit, quod nullum malum est agendum, uel etiam per aliquam scientiam practicam: sed hoc non sufficit ad recte ratiocinandum circa particularia. Contingit enim quædamque, quod huiusmodi uniuersale principium cognitum per intellectum, uel scientiam corrumpitur in particulari per aliquam passionem, sicut concupiscenti, quando concupiscentia uincit, uel hoc esse bonum quod concupiscit, licet sit contra uniuersale iudicium rationis. Et ideo sicut homo disponitur ad recte se habendum circa principia uniuersalia per intellectum naturalem, uel per habitum scientiæ: ita ad hoc quod recte se habeat circa principia particularia agibilibus, quæ sunt fines, oportet quod perficiatur per aliquos habitus, secundum quos fiat quoddammodo homini connaturale recte iudicare de fine, & hoc fit per uirtutem moralem. Virtuosus enim recte iudicat de fine uirtutis: quia qualis unusquisque est, talis finis uideretur ei, ut dicitur in 3. Eth. \* & ideo ad rectam rationem agibilibus, quæ est prudentia, requiritur quod homo habeat uirtutem moralem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio secundum quod est apprehensiuæ finis, præcedit appetitum finis; sed appetitus finis præcedit rationem ratiocinantem ad eligendum ea quæ sunt ad finem, quod pertinet ad prudentiam: sicut etiam in speculatiuis, intellectus principiorum est principium rationis syllogizantis.

AD II, dicendum, quod principia artificialium

non diiudicantur a nobis bene, uel male secundum dispositionem appetitus nostri, sicut fines qui sunt moralium principia, sed solum per considerationem rationis: & ideo ars non requirit uirtutem perficientem appetitum, sicut requirit prudentia.

AD TERTIUM dicendum, quod prudentia non solum est bene consiliatiua, sed etiam bene iudicatiua, & bene præceptiua: quod esse non potest, nisi remoueat impedimentum passionum corruptentium iudicium & præceptum prudentie, & hoc per uirtutem moralem.

QVAESTIO LIX.

De distinctione uirtutum moralium secundum comparationem ad passionem, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de distinctione moralium uirtutum ad uicem.

Et quia uirtutes morales, quæ sunt circa passiones, distinguuntur secundum diuersitatem passionum, oportet primo considerare in communi comparationem uirtutis ad passionem. Secundo distinctionem moralium uirtutum secundum passiones.

CIRCA primum quæruntur quinque.

- ¶ Primo, Vtrum uirtus moralis sit passio.
- ¶ Secundo, Vtrum uirtus moralis possit esse cum passione.
- ¶ Tertio, Vtrum possit esse cum tristitia.
- ¶ Quarto, Vtrum omnis uirtus moralis sit circa passiones.
- ¶ Quinto, Vtrum aliqua uirtus moralis possit esse sine passione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtus moralis sit passio.

AD PRIMUM sic proceditur. Videretur, quod uirtus moralis sit passio. Medium enim est eiusdem generis cum extremis: sed uirtus moralis est medium inter passiones. ergo uirtus moralis est passio.

¶ 2. Præter. Virtus & uitium, cum sint contraria, sunt in eodem genere: sed quædam passiones uitia esse dicuntur, ut inuidia & ira. ergo et quædam passiones sunt uirtutes.

¶ 3. Præter. Misericordia, quædam passio est: est enim tristitia de alienis malis, ut supra dictum est: \* hanc autem Cicero locutor egregius non dubitauit appellare uirtutem, ut Augustinus dicit in 9. de ciu. Dei. tergo passio potest esse uirtus moralis.

SED CONTRA est, quod dicitur in 2. Ethicorum. \* quod passiones neque uirtutes sunt, neque malitiæ.

RESPON. Dicendum, quod uirtus moralis non potest esse passio: & hoc patet triplici ratione. Primo quidem, quia passio est motus quidam appetitus sensitui, ut supra dictum est: uirtus autem moralis non est motus aliquis, sed magis principium appetitui motus, habitus quidam existens. Secundo, quia passiones ex seipsis non habent rationem boni uel mali. Bonum enim, uel malum hominis est secundum rationem. unde passiones secundum se consideratæ se habent & ad bonum.

¶ Super Quest. quinquagesimam nonam.

IN tota quest. 59. nihil scribendum occurrit, nisi in articulo. in responsione ad primum monere, quod uirtus moralis materiam suam, puta, passiones, uel operationes eligit secundum quosdam limites, sub quibus formam medii suscipiunt: & propterea in litera dicitur, quod uirtus moralis non est secundum essentiam media inter passiones, sed secundum effectum: quia. scilicet. inter passiones constituitur medium, eligendo eas in illa quantitate & qua in medio secundum rationem constituuntur. hoc enim effectus uirtutis moralis est.

1. dist. 23. q. 1. ar. 3. q. 2.

q. 35. art. 8.

cap. 5. circa medium. tomo 5. cap. 5. to. 5.

q. 22. art. 5.